Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·xuij·

Secundum Lucam. Anno quinto decimo imperii tyberii cesaris Pontio pylato iudeam. tetrarcha autem galylee hode philippo autem fratre eius tetrarcha yturee et trachonitidis regionis. et lisania abilinę tetrarcha sub principibus sacerdotum anna et cayphą factum est verbum domini super iohannem zacharie filium in deserto.

Et R. Omes. p. eius de bn̄ ggoriu pape

Redemptoris precursor quo tempore verbum predicationis accepit memorato romanę reipublicę principe et iudeę regibus designatur cum d̄. Anno quinto decimo imperii tyberii cesaris pontio pylato. R.

Emitte agnum domine dominatorem terre. De petra deserti ad montem filie sion. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. De petra. Lcō. ij. Quia iohannes istum predicare veniebat. qui et ex iudea quodam et multus ex gentibus redemptus erat. per regem gentium et principes iudeorum predicationis eius tempora designantur. R. Germinaverunt campi hemi gemen odoris ipse qui erat deus nunc virtute venit. Et splendor eius cum eo. V. Ex sion species decoris eius deus nostrum manifeste veniet. Et splendor. Lcō tertia.

Quia gentilitas colligenda erat et iudea perfidie dispergenda per aquos descriptio terrę principatus ostendit quam et in romana republica unus presidere describitur. et in iudee regno per quitam partem plurimi principabantur. R. Ad te iesse qui es in gentibus iudicare gentes in eis gentes spirabunt. Et erit nomen eius benedictum in secula. V. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. Et erit. In p. asnt. Laetate cel desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet salvatorem. ad bn̄.